


Mausolaeum agonizantis Batavii, ultimis verbis :



Tryck // / I 25 B 14 c Br. 1672 Mausolaeum

Tillkomstår s.a. 1672?

Digitaliserad år 2019

red.
Cob.
(M)
1672?

MAUSOLÆUM
AGONIZANTIS BATAVII,

Ultimis verbis.
Sibi ipsi descriptum.

MALIBORUM

AGONIZANTIBUS

LIBER

DE

Fatūm Batavicum.

Siste Viator.

Hic jaceo

Celebris Batavorum Respublica

ex aquis nata

ex aquis sustentata

nunc aquis merfa.

Exigujs initijs, invidendis fortunis, stupendis rerum
incrementis sic crevi,

Ut terris vix æmulum, Mari vero parem

Neminem tulerim.

Fui

Inferioribus terrori, vicinis timori, Æmulis invidia

Rebellibus receptaculo, periclitantibus auxilio,

Nunc

omnibus ludibrio.

Ope, viribus, consiliis, multis adstiti,

Nunc

deferor ab omnibus

Præpotentis

mihi titulum sumsi

à Potentissimis

jam victa cesi.

A Gallo & Anglo contra Hispanum defensa

Caput extruli,

Nunc

ab iisdem opprimor.

sic

quibus vitam & fortunam meam debeo,

eandem iisdem reddo

Disce viator

Exemplo disce meo

Ve-

Verum esse monitum politicum,
Summisq; negatum stare diu
Nec ullum violentum esse diuturnum.

LIBERTATEM

Nullã realiã comparavi,
nisi

Generosis & peritis Ducibus :

Armorum exercitio: disciplinã castrorum: Ufu militiae:
sic stabilitã Libertate,
in servitute

Imperantium culpã recido turpiter:

Qui

Duce constituto nullo

Militaria imperitis juvenculis, infantulis vendide-
runt officia :

Sic

Veteri militari disciplinã plane rejectã,
sui Corpus sine capite.

Alui quidem milites!
ast quales?

Magnatum Filios effeminos, ineptos, imbelles,
strenuos tamen stipendiorum exactores:

Et in Conviviis

Exercituum ductores fortissimos:

Castrorum metatores pericissimos:

Ubi aberat metus:

Bellatores inflatos incomparabiles,

Heroës gloriosos Insuperabiles.

Jam cum adest Hostis

sunt

In fugã primi:

In praelio postremi:

In praelio timidi
Ante Obsidiones dediti:
Ante pugnam victi:
Itaq;
Dum omnia Libertatem ipsam vendidi;
Victoriam tamen nondum tradidi,
Totam tamen nondum tradidi,
Dum Optimates
Quasi vere utilitatem Publicam,
Florui optimè:
Cum verò intenderunt privatam,
pereo pessimè.
En veros Oligarchiæ fructus!
Unde disce:
Rempublicam difficulter conservari!
Cum Imperantes eam quæstui habent & ex suo officio
lucrum caprant.
Accesit
Imperantium avaritia:
Superbia: Arrogantia: Securitas.
Quamvis à Privatis nati.
Reges & Principes tamen alto despiciebant supercilio-
Imò & præminentiam prætendebant:
Sic ubi Uber: ibi Tuber!
Cum sibi inexhaustâ aviditate coacervâssent divitias,
Se invictos, & ab omni invasione tutos credebant:
Sed remere.
Disce:
Fortunam Matrem esse Superbiæ!
Hanc invitare Invidiam: Hanc parere Interitum.
Proinde
Quisquis etiam sis:

Impone tuæ felicitati frenos, facilius illam reges.

Experiens loquor:

Securitatem frequentissimum esse calamitatis initium:

Et econtra:

Benè ad bellum paratis, nihil arduum, nihil invictum:
Neminemq; audere expeditos atq; promptos ad vindicandum provocare.

Ego

Acquirendo & augendo census tempus transcripsi:

Ast fateor:

Me in vero aberrasse scopo:

Video enim,

Auri & argenti fulgorem, neq; vulnerare, neq; me protegere;

Sed potius

Inimicos & Hostes ad pugnam excitare.

Meo perdisco malo:

Eventum stultorum esse Magistrum.

Tu verò Viator contra

Disce:

Virtute, quàm pecuniâ, Rempublicam melius stare,

Opesq; multis esse exitio:

Et illis maximum discrimen, penes quos aurum & opes, præcipuæ bellorum causæ,

Disce:

Duobus potius:

Milite scilicet & Pecuniâ

Potentiam quæri, conservari, augeri;

quorum altero deficiente, reliquum simul concidere.

Ne hæc utilia,

Si disciplina militaris dilabatur.

Quid

Quid multis ?

Quicquid delirant Reges plectuntur Achivi.

Verum illud adagium :

Multitudo Imperatorum Cariam perdidit.

Discat à me

Quilibet Princeps :

Quælibet Respublica :

Nè inutilli cunctatione agendi tempora deliberando
consumat.

Miserum certè est :

Serum consilium capere,

Et

Tunc damni sensu affici, cum resarciri in commodum
nequit,

Qui desiderat Pacem : Præparet Bellum !

Mihi jam

Cedendum est FATIS :

Quò me ipsa trahunt, retrahuntq; sequendum :

Nam :

Quicquid patimur mortale genus :

Quicquid facimus, venit ex alto.

Tu interim

Vale Viator :

&

Cogita!

Hodiè Mihi : Cras Tibi :

Discéq; :

Optimè de futuris consultare,

Qui

Rerum futurarum Exempla

Ex præteritis sumunt :

Perpende diligenter :

Na-

Naturâ ita comparatum esse:
Ut omnis Victor infatiabili rerum secundarum desi-
derio feratur,

Neq; ullum cupiditati finem statuas.

Hoc num mihi solatii loco est:

Subactâ

Fractâq; meâ Navî:

Naufragium hoc commune fore

Méq; habituram plures calamitatis socios:

Semianimis

extremò hoc denuntio:

Gallum, Universalem Europæ Monarchiam intendere,

Omnesq; & singulos velle in unius Religionis

Societatem compellere.

Ejulatus Hollandiæ.

DEsolatane? desolata sum, nec est qui recognoscat corde facta, sum quasi vidua, Domina gentium inter præpotentes non reputanda, plorans quidem ploro per noctem delicta mea & lacrymæ sunt in maxillis meis, non tamen est qui miseretur mei ex omnibus charis meis. *Coronæ* tres discesserunt à capite Leonis mei, dereliquerunt me in afflictionibus & persecutionibus meis. *Leo Æquinoctialis* recordatur injuriarum in die afflictionis tuæ in Insulâ Fünensi, deridet me in Angustiis meis, lætatur super ignominiam meam, oblitus est mei, quia in ipso prævaricata sum. Rosarum odor foetet naribus meis, sperabam ab iis salutem, sed modò percucunt super me sagittas & implent pharetras suas,
præ;

præparant insidias in abscondito, meditantur ultio-
 nem die ac noctu ad Galli cantum. Septem tur-
 res moventur & allestæ dulcedine vocis sequuntur
 eum ad omnia desiderabilia ejus. Equi albi duo
 dominantur ab eo, moderantur sub fræno ipsius, &
 fiunt pedes eorum veloces ad perdendum me, quis-
 que tendit arcum suum contra me, firmat dextram
 suam, ut occidat & perdat omne quidquid pul-
 chrum est in me, peccatum grande peccavi, igitur
 factus est Dominus inimicus meus, persecuta fui in
 Catholicis nomen ejus, de quibus præceperat, ne
 intrarent in Ecclesiam ejus, propter arcum ædifica-
 vit adversum me, ut non egrediar, & aggravavit
 compedem meum, cum clamavero & oravero ex-
 cludet orationem meam. Semitas meas subver-
 tet, confringet me & ponet me desolatam, implebit
 me amaritudine & inebriabit me absynthio, omnes
 enim inimici mei tendunt arcum suum & ponunt
 me signum ad sagittam, dico nunc, periit finis me-
 us, omnis spes mea, quia deveniunt omnia mala, hæc
 recolens corde spero in Domino à quo recessi, bo-
 nus erit mihi speranti in eum, & animæ meæ qua-
 renti eum, quæ propter scrutabor vias antiquas, qua-
 ram & revertar ad eum, iniquè quidem egi & ad ju-
 stam iracundiam provocavi, utinam non sit inex-
 orabilis! formido & laqueus est mihi facta vatici-
 natio, sed Tu Domine, vide omnem furorem & uni-
 versas

versas cogitationes adversum me, & dissi-
lia eorum, quia tunc ad Galli cantum non expave-
scet Leo meus, nec si consistunt adversus me castra
eorum non timebit cor meum, quia in Te confido.

Clavis,

| | |
|-----------------------|--|
| Tres Coronæ | Domina |
| Leo æquinoctialis | Suecia |
| Rosæ | Anglia |
| Septem turres | Portugallia |
| Equi Albi duo | ArchiEpiscopus Co- loniensis & Monaste- riensis. |
| Dominus a quo recessi | Hispanus. |

Abbildung der francken Gräffin von Holland/
bey 83. Jahr alt und drüber.

S wird in einem Kupffer eine Kammer und
in derselben ein Bette fürgestellt / an der
rechten Seiten des Bettes stehen 5. Medici,
unter welchen der eine ein Schwede / der ihr nach
den Puls fühlet / mit Fürwendung: Sie sey sehr
matt und franck und würde nicht lange mehr
leben.

Der andere Medicus ist ein Dennemärcker / wel-
cher der francken Holländischen Gräffin ihre Zun-
ge beschauet / sagend: Du böse Zunge / du bist
ganz vom Krebs verderbet!

Der

Der dritte *Medicus* ist ein Spanier / so ihr das Wasser besihet / spricht: Sie sey hefftig enzündet / hette zu viel von ihren Hispanischen Weine in sich gesoffen.

Der vierdte *Medicus* ist ein Engelländer / giebet vor: Sie sey zu alt / man müsse ihr ein *Vomitiv* eingeben / davon sie sich übergeben könne.

Der fünffte *Medicus* / der ein Frankosß / saget: Es sey kein ander Mittel / als man müsse ihr Blut lassen.

Zur lincken Seiten selbigen Bettes stehet der Prinz von Dranien / welchen die Francke und ziemlich betagte Holländische Gräffin also anredet:

Mein Herr / ich bin nun bereit zu sterben / jedoch aber vorher auch ein Testament zu machen gesonnen / in dessen gebet dem Kayser wieder was euer Großvater demselben abzunehmen mir geholffen / und bemühet euch / meine Gräffschafft Holland für euch erblich zu behalten.

Zu des Bettes Füßen stehet der Bischoff von Münster / der den Teuffel beschweret von der Seel außzufahren.

Recept vor die seht erwehnte Gräffin von Holland / so derselben in ihrer grossen und gefährlichen Schwachheit fürgeschriben und fleißig zu gebrauchen verordnet worden:

Recept. Kayser Blumen (oder Kayser Krohnen) 20. Unzen.
Hispanisches Fünff Finger Kraut / 30. Loth.

Brand

Brand Lattich 10. Unzen oder ein gut theil mehr.

Sächsischen Manstren 8 Unzen.

Braunschweigisches Bisem Kraut 6. Unzen.

Hessisch Knaben Kraut 4. Unzen.

Pollnischen Rittersporn 5. Unzen.

Schweigerische Streiffwurzel 7. Unzen.

Dieses zusammen mit Tausendgülden Kraut Sirup / und scharffbeissenden Meer Zwiebel Safft so viel als vonnöthen / und durch einander vermischet fiat Electuarium.

Je mehr nun die morbo Gallico laborirende Frau Gräffin von Holland davon auff einmahl wird einnehmen und hinunter bringen können / je mehr wird sie hoffentlich bald wieder genesen :

Es muß aber die Frau Gräffin / als eine Patientin hierbey auch sich sein diätisch halten / und 1. dem Französichen Balbier nicht gar zu viel Blut auff einmahl weg zulassen verstaten.

2. Das Engelländische Vomitiv nicht gar zu stark gebrauchen und sich damit übereilen.

3. Die Schwedischen Medicos fleißig zu consuliren und Geld genug auff sie zu spendiren nicht schonen noch nachlassen / und wo sie dieselben nicht zur Stelle bekommen und erlangen kan / dennoch von Haus aus brauchē und in Bestallung nehmen / auch ihnen mehr versprechen / als andere zu thun pflegen.

4. An die Münsterische Segensprecheren und Teuffelsbanneien sich gar nicht kehren.

5. Nach der Dänische Wärterin sich bey zeit fleißig um thun.

6. Alle faule Holländische Käse so Französische Maden bekommen haben / aus der Küchen schaffen und sich ihrer gänzlich enthalten. Dabey 7. Für Kleinmuth / Ungedult und desperation wie auch anderschädlichen affecten sich möglichst hüten und die Chur mit beständiger Gedult abwarten. 8. Jedoch auch bey Zeiten nach einem tapffern Curatorn sich umbehen / welcher ihr Regiment also sorgfältig dirigire / damit nichts darinne versehen werde / weil sie sich selber wohl fürzusehen / in die Länge nicht vermag. Wann sie dieses bey Gebrauchung des obenverordneten Medicaments wohl in acht nimmet / wird sie verhoffentlich von diesem morbo gallico oder gefährlichen Krankheit / nach Gottes Willen / schon wieder auffkommen.